



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

3. De Nomine S. Willibrordi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

DISSERTATIO II.

15

cessit patri suo S. Oswaldo Regi & Martyri.

Ex ijsdem & eodem Regno natus est S. Swibertus nobili stirpe anno Christi 645. aut 46. ut ex ipsius vita colligitur.

Similiter ibidem progenitus est S. Adelbertus filius Regis Deirorum qui erant populi Northumbriæ.

S. Winfridum alias Bonifacium ex ijsdem & eodem Regno ortum esse multis declarat Serarius lib. 3. Rerum Moguntiacarum notatione prima ad vitam ipsius per Othonum conscriptam, probatque natum anno Christi 670.

De ortu aut patria S. Werenfidi nil vñquam apud Authores reperi. Probabile est ex ijsdē processisse, vt & alios convenas: erant namq; in Hibernia multi Nobilium & mediocrum degente Anglorum, inquit Beda l.3.c.27. qui, relicta Insula patriâ, vel diuina lectionis vel continentioris vita gratia cōsecedebant, quorum nonnulli statim Monastica vita sese mancipabant, alijs circumeundo per cellas Magistrorum lectioni operam dare gaudebant. Vero simile autem est contribules simul habitasse, egisse, iuuisse.

DISSERTATIO TERTIA.

De Nomine S. WILLIBORDI.


ON infrequens est electis ex speciali diuina ordinatione nomina imponi, præcipue ijs qui ad præclara in Ecclesia gerenda sunt præordinati. Nouit enim ab æterno suos Deus etiam ex nomine; & cum vocabula sint rerū signa, per ea quos fructus sint edituri sancti, ad quos dignitatis virtutumque culmen eos ordinat, præsignificari à pueritia vult orbis moderator. Habent hoc, teste Ambrosio in c. I. Luc. merita SS.

vi

ut à Deo nomen accipiant. Sic Iacob Israel dicitur quia Deum vidit
scilicet Dominus noster Iesus nominatus est antequam natus, cui non An-
gelus, sed pater nomen imposuit. Sic filius Zachariæ Ioannes
appellatur, à matre quidem, sed diuino numine sic volente.
Idem circa Apostolum nostrum diuinā sapientiam egisse
credimus.

Nato infanti nomen imponitur Wilbord, quod va-
rie effertur, Wilbord, Wilbord, Wilbrod, Willebor-
dus, Willebordus; Wilbodus, Guillebordus. Apud
Bedam, in antiquissimis diplomatis Irminæ, Lotharij
Imperatoris, Rohingi Antuerpiensium Principis, apud
Thiofridū Abbatem Epternacensem, Ioannē Roberti sem-
per legitur Willibordus, & hoc tanquam genuinum &
proprium est acceptandum, reliqua vel ex infiditia, vel eu-
phonię vel breuitatis causā sunt formata. Quocunq; modo
pronuncies, raram in Willibordo qualitatem significat.
Wilbrod, Willibodus, Wilbodus, panem voluntarium
denotat. Frisijs ille verbum Dei, verbum fidei quod est
panis animæ, sacræ Eucharistiæ Sacramentum, quod est
panis vitæ, animarum cibus, ipsis largissimè subministra-
uit: corporalem panem egentibus non minus liberaliter.
Wilbort, Willibordus, Wilboordus, Ponto & Scieckio in-
terpretibus, est voluntatum explorator ut dolabra ligni.
Potest etiam intelligi voluntatum terebrator. An non Bar-
barorum animos sagax Dei missus explorauit? Nonne præ-
dicatione sancta eorum scabras voluntates leniuit, expo-
liuit? An non inter Frisos eorum voluntates terebrauit,
quorum voluntates prætractas bono perfregit, obduratas
ceruices in melius flexit? Willibordus, Wilbordus, Wil-
lebordus, idem est quod voluntatis commotor, excitator.
An non istud in Frisia egit S. Willibordus qui Frisorum
voluntates in malosepultas quiescentesque excitauit, ad
bonum

bonum commouit, duxit, animauit?

Conveniunt rebus nomina s̄epe suis.

Inveniuntur plura vocabula à sanctis viris gesta initialibus suis voluntatem denotantia, qualia sunt S. Wilfridus, id est, voluntatis quiete, pacifice, quam reuera in suis persecutionibus exhibuit, in vera patientia possidens animam suam. S. Willehadus id est voluntatis seu voti compos. B. Wilgis pater S. Willibrordi, idem est quod certe deliberatæ voluntatis, quam habuit mundū relinquendo & Deo in Religioso statu seruiendo. Willibaldus voluntatis propriæ citus executor. Willibertus Scrieckio idem est quod voluntarius iudex. Wilgefortis Ponto sonat voluntas mea (bona in Domino) velint nolint (impij) fiat procedendo. Wilhelmus autem corruptum est à Guilihelmuſ ſicuti Willem à Guldhelm iuxta eundem Pontum, cui Guilihelmuſ est deaurata cassis ac galea, quod talem capite gereret ferretque.

De nomine S. SWIBERTI & reliquorum sociorum.

Nomen Swibertus habet plura nomina ſibi ſimilia etiam prætantissimorum virorum quoad terminatio nempe, quæ præcipua pars eft: Dagobertus, Chilbertus, Sigebertus, Theodebertus, Cunibertus, Lambertus, Hubertus, Norbertus, Albertus, &c. Quænam fit significatio huiuscemodi terminationis, varij varia ſpeculanuntur; quifq; pro ſuo genio aut ingenio. Quid ſentiam, dico breuiter cum & ex Patre Arnoldo à Boecop per Iohannē Roberti in Commentarijs ad vitam S. Huberti circa finem: Bertus, quæ eft altera & principalis portio nominis Swiberti, non ſimplex, ſed composita vox eft, & Celticè vel Germanicè *Bert* ſonat, ex *Be* præpositione & *Ert* vel *Art*

C

aut

18 DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
aut **Bert**. Nam E biuocale mihi in illa vocula est; ac pro-
inde pingue etiam nunc & crassum, quod ad vitandum hi-
atum, coiuit ex E & A velex E dupliciti, vel certè ex E &
Ae. Atque hoc solenne nostratibus est, vt compendium
dictionis faciant & eloquentiæ consulant. Cum igitur di-
cere ac scribere ex naturâ rei debuissent, **Beert** / **Beart** vel
Braert / ipfi pro ingenio, & aurium suarum iudicio, ele-
gantius maluerunt **Bert**. **Ert** autem vel **Art** verbalis vox
est ab **Ert** vel **Art** quæ participia sunt à verbis **Eren** siue
Erden / vel ab **Aren** siue **Arden**. Ex quibus omnibus con-
cludo **Bert** & **Berte** (celebre & Sanctum id in multis no-
men) vim & significationem. Nam si ab **Art** Natura, In-
genio, Indole, Natiuitate, quidditate, &c. compositio-
nem acceptemus, vt quasi contractum sit ex **Be** & **Art** / erit
melioris & fœconde natura nota, ingenij atq[ue] optimæ indolis indi-
cium, Essentia solidioris ac Natiuitatis Symbolum, & innata
virtute atq[ue] animi dotibus parentes referentis nomenclatura. Si
verò ab **Er** & **Ert** Honoratis & Honestis vocibus con-
iunctionem petamus, erit Berta quasi Be-erte, hoc est, ho-
nore, decor, gloriâ & famâ clara & conspicua; & omnes illi
qui ex Bert nomen compositum aut deriuatum habent,
Clari, **Decoris Honorati**, nomine tenus erunt. Vtrumque
nostro S. Swiberto quadrat. Nam præstantissimæ natuæ
Indolis fuit; insuper honore & famâ conspicuus. Et qui-
dem, vt acta eius probant, amplè, latè; id enim indicat
prior particula Swi, ac magis si scribamus SWITBERTVS,
vt aliquis, Swit, quod nostrate idiomate significat **Wpt** /
Wreed; cui Angli & aliæ nationes facile addunt S vel aliam
litteram. Ex dictis habetur Etymologia S. Adelberti siue
Adalberti SS. Willibrordi & Swiberti sodalis, qui præter
bonam Indolē & honorē obtinuit ADEL, scilicet, nobilita-
tem; erat namque filius Regis Deirorum, nobilis natiuitate
indole,

indole, honore tam diuino, quam humano.

S. Werenfridus vernaculè Werenfrede est pacis defensor: defendit namq; cælestem animorū pacē contra Gentiles.

S. Winfridus est lucrans siue acquirens pacem, Lu-
cratus est & intulit Frisijs & Germanis quam mundus da-
re non potest pacem: dictus postmodùm Bonifacius à bene
faciendo. Atque hæc de minutis forsan nimium; sed sit
in gratiam & laudem nostrorum Apostolorum. Ad alia
pergamus.

DISSERTATIO QVARTA.

De Pueritia & Adolescentia S. WILLIBORDI,
& Sociorum.



Efert Alcuinus parentes puerum Wil-
libordum ablactatum Ripensis Ecclesiæ fratribus erudiendum tradi-
disse, apud quos usque ad vigesimum
ætatis annum est cōmoratus. Antiqui
æui usus erat, pueros aut admodum
juuenes, præsertim eos, qui ad Eccle-
siasticum statum destinabantur, in Mo-
nasterijs aut Ecclesijs collegiatis Episcopo tradi erudien-
dos ad Ecclesiæ & Reipublicæ bonum; non quod Mona-
steria aut Ecclesiæ Cathedrales scholæ solū essent, quem-
admodum garriunt hæretici, sed cum Clerici & Monachi
eruditione valerent, juuenes suis horis instituendos ad
commune bonum suscipiebant, nondum Academijs aut
scholarum frequentia ordinatis, non omitendo interea
quæ ad Clericallis seu Monasticæ Regulæ obseruantiam
obligationemque pertinebant. Sic Beda septennis, sic
Menradus Eremita, sanctus Rembertus, Bonifacius, Wi-
libaldus alijq; pueri siue admodum juuenes Ecclesiæ sunt

C 2 oblati